

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerendo uiro, Georgio, pastori ecclesiae Dei in urbe Arctoa, fratri suo  
charissimo S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Vbiq; multum est indoctissimorum pastorum. Sed illi cijci non possunt: ita fit ut iaceant & negligantur etiam eruditi, dum uirtutis premia possident illa hominum monstra. Longicampicano dices meis uerbis multam salutem. Bene uale.

Reuerendo uiro, Georgio, pastori Ecclesie Dei in urbe Arctoa, fratri suo charissimo S. D.

Reuerende uir, & charissime frater. Doleo tantam rabiem esse calumniandi, ut etiam uirus euomant sycophantæ contra Grammaticam. Dum nos uocabulorum etymologias querimus, ut me quidam grammaticum deceat, & consideratio antiqui uestitus nos de ueterum modestia admonet (ut Aeschines laudat grauitatē Solonis, quem ait nec manum in dicendo protulisse extra pallium: ) interea quidam ἐν τῷ πῶτι δόξαι dixerūt, me uelle renouare adorationē lacerarum caligarū Iosephi. Sed etiam si derideor, tamen tibi grammaticas interpretationes de calceis et sandalijs mitto, &c. Commendo autem tibi hunc auditorem nostrum Bartholomeū Georgium, natum in Salinis, orphanū: qui rem iustam petet ab illustrissimo & reuerēdissimo principe Sigismundo, ut mandet à ciue quodam in Salinis debitam pecuniā heredib. dari. Mandata Principis illustrissimi petit, quæ ut impetret, quæso ut  
eum

eum adiuues. Orphanos honestos, & honestorum  
filios, adiuuare, pietas est Deo grata. Bene uale.  
Die Matthæi, 1556.

Calcei, à calce, est generale nomē. Et ueteres cal  
cei usitate sic dicti, sunt integri, sicut mei calcei, &  
sicut sacerdotū calcei olim fuerunt. Et tales fuisse  
Romæ senatorū calceos, ostendunt ueteres statuæ.

Sandalia sunt non integri calcei, sed sub pede ue  
lut tabellæ, & supra pedem subtilia ligacula: à σα  
νδάλια, id est tabella, & λίσσω, id est ligo. Quia tabellæ  
inferiores, propter calorem in solo, fuerunt den  
siores.

Caligæ sunt tegumenta paulum supra genu in  
cipientia, & desinentia ad talos, stump, strump ho  
sen: militibus usitate, & alijs. Sed militum caligæ  
fuerunt ornate propter breuia saga, id est tunicas  
militares. Nam uetustas non est usa integris cali  
gis, ut nostræ sunt, tegentes continuo nates, femo  
ra & tibias. Quia uetustas sub exteriori ueste sem  
per fuit intus tecta breui tunica, quæ nominatur  
χιτών. Corpori proxima fuit interula, hembd.

Ocrea est tantum equitum, beimharnis, stiffel,  
ocrea corricea. Latini dicunt nomen ocrea à cru  
re factum esse, quasi ob crura. Hæc etymologia re  
ctior est, quam alia, quam formant à λωγώσασθαι, id  
est, armare. Vnde dicitur usitatum nomē κήρiffer,  
quasi λωγώσασθαι, quo sepe utitur Homerus.